

thæi capitulo primo, & Lucæ. c. iiii. Ipsi
insuper Thalmudistę, siue Rabinī in Mi
draschim: hoc est in Commentariis Psal
terij, super illud Psal. iiii. Cum inuocare,
exaudiuit me Deus iustitię meę &c. Et
super illud quoque Psal. l. Miserere mei
Deus sū magnam misericordiam tuam
&c. Dauid Rex dolore anxietabatur quā
maximo propter peccatum, quod cum
Berſabea Viri vxore ppetrauerat, ipm q;
Vriam iurifici fecerat. Et eo magis, quod
hac de causa populus Israel aduersus
ipsum Regem murmurabat, dicens: Ille
qui ouiculum captiuaui: & pastorem oc
cidit: quomodo saluari poterit? Cui De
us distulit, siue transulit, peccatum suū, si
cut scriptum est. ii. Regum. c. xii. vbi di
citur: Dixit Nathā ad Dauid: Dñs quoq;
transulit peccatum tuum, non morieris.
Item habetur. i. Paralipomenon. c. xxii.
Dixit Dauid Salomoni filio suo, Deus sic
sibi dixisse: Filius qui nascetur tibi, erit
vir quietissimus: faciam cum requiescere
ab omnibus inimicis suis per circuitū:
& ob hanc causam Pacificus vocabitur:
& pacem, & otium dabo in Hierusalem
cunctis diebus eius. Et additur in Thal
mud: Atque vt ceteri filij, non a patri
bus, nascetur.

Ad declarandam autē hanc Thalmudi
stari, siue Rabinorum sniam, notandum
est: Nathan Prophetam Dauid Regi hæc
p̄dixisse verba: Cumq; cōpleti fuerint
dies tui: & dormieris cum patribus tuis:
suscitabo semen tuū post te, quod egres
diatur de vtero tuo: & firmabo Regnū
eius: ipse ædificabit domū nomini meo:
& stabiliam thronum eius vsq; in semp
ternum: vt. ii. Regum. c. vii. & primi Pa
ralipomeno c. xvii. Quę quidem verba
in solo Messia verificari possunt. Illud
autem, quod dicitur primi Paralipome
non. c. xxii. Filius, qui nascetur, erit vir
quietissimus: faciam eum requiescere ab
omnibus inimicis suis per circuitum: &
ob hanc causam Pacificus vocabitur: &
pacem, & otium dabo in Hierusalem cū
ētis diebus eius: ipse ædificabit domum
nomini meo, & ipse erit mihi in filium,
& ego ero illi in patrem: firmaboq; solū

Regni eius super Israel in æternum.
Nec hoc aliud posset de Salomone veri
ficari, q ante patris mortem, non solū na
tus fuerat, sed et ad Regiam dignitatem
sublimatus, & eius Regnū in æternū nō
permāsit. Et si causas scire desideras: au
di qd super hoc B. August. libro. xvii. de
Ciuitate Dei. c. ix. tam nūc vide eo mō
strandū, qd ipsi Dauid, q Sauli successit
in Regnum, cuius mutatione finalis illa
mutatio figurata est, pp quam diuinitus
cuncta dicta, cuncta p̄scripta sunt, Deus p
miserit: quod ad rem, de qua agimus, per
tinet. Cum Regi Dauid multa prospera
peruenissent: cogitauerat facere Deo do
mum, templū illud. s. excellentissime dif
finitum, quod a Rege Salomone filio
eius postea fabricatū est. Hoc eo cogitan
te, factum est verbum dñi ad Nathā Pro
phetam, q; perferret ad Regem. Vbi cū
Deus dixisset: q non ab ipso Dauid sibi
ædificaret domus: neq; per tm̄ tempus
se mandasse cuiquam in populo suo, vt
sibi fieret domus cedrina: & tūc inquit:
hæc dices seruo meo Dauid: hæc dicit
Dominus Omnipotēs: Accepi te de oui
li ouium, vt esses in Ducem super pplm̄
meū Israel &c. & aliquatulum infra: Et
erit, cū impleti fuerint dies tui: dormies
cū patribus tuis: & suscitabo semen tuū
post te, qui erit de vetre tuo, & p̄parabo
Regnum eius: hic ædificabit mihi do
mū nomini meo, & diuigam thronū illi
us vsq; in æternum. Ego ero illi in pa
trem, & ipse erit mihi in filiū. Et si vene
rit iniquitas eius, redargua illum in vir
ga virorum, & in tactibus filiorum homi
num. Misericordiam autem meam non
amoueam ab eo, sicut amoui à quibus
amoui faciem meā: & fidelis erit domus
eius: & Regnum eius erit vsq; in æter
num coram me: & thronus eius erit ere
ctus vsq; in æternū. Hanc autē tam gran
dem promissionē, q putat in Salomone
fuisse completā, multum erat. Attendit
enim quod dictū est: Hic ædificabit do
mum, qm̄ Salomon templum illud no
bile struxit, & nō attēdit: Fidelis erit do
mus eius, & Regnum eius vsq; in æter
num coram me. Attendat ergo, & aspi
ciat

Second
Regum
.c. vii.